



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 74. Legatorum epistola Romam ad Borromæum Cardinalem hac super
re perscripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. LXXIV.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

Legatorum epistola Romam ad Borromæum Cardinalem hac super re perscripta.

Hæc Oratorum responsa Musottus conscripserat, ne vero hi præter ea, quæ reipsa proposuerant, quicquam narratum fuisse cavillarentur, hinc Legati epistolam Gallis exhibebant, ejusque authographum Romam transmiserunt, simulque datis ad Borromæum Cardinalem literis hæc significabant: "Cæsarei æque, ac Galli nunquam con- queri cessabunt, donec proponerentur, ac statuerentur quædam rerum capita, quæ in libello a Cæsareis allato, & in conventu Possiacensi a Gallis habito continentur; nam risu ab illis excipiuntur emendationes hætenus promulgatæ, æque despiciuntur tanquam nullius momenti, ac tanta Synodo indignæ: igitur ad coercendos silentio obrectatores, qui negare audent, quod Papa ex sincero animo optet disciplinæ correctionem, nulla suppetit efficacior ratio, quam si Pontifex ea, quæ proponuntur in Cæsaris libro, & in conventu Gallorum attente consideret, auferatque inde cuncta Pontificiæ auctoritati noxia, nec minus alia supra memorata, quæ ne ipsi quidem Luthe-

Pallav. c. II. num. 10. L. t. Card. Borr. 24. Sept.

Hist. Eccles. Tom. XLV. Bb rani

Sæcul. XV). rani fuissent ausi deposcere, & adve-
A. C. 1562. fus quæ ubi opus foret, discrimen ca-
 pitis subire parati fuisset: porro in
 reliquis fere omnibus videtur nobis
 posse illis Principibus, ac Provinciis
 satisfieri, ita ut exinde una omnes co-
 gnoscere possint, quod dum eis ali-
 qua postulatorum pars ultro concedi-
 tur, nos ad partem alteram dene-
 gandam, a ratione, ac necessitate tan-
 tum adigamur: nam eo pacto Papa con-
 sequetur gloriam, qua vix major pot-
 est in terris obtineri, cum sic is refor-
 met, ac restituat, quod in se est, Ec-
 clesiam.

§. LXXV.

*Iterata Franciæ Oratorum postulata
ad Papam.*

*Mem. pour
le Concil.
lett. de l'Isle
au Roy 28
Sept. p. 297.* Cum interea Cæsaris, ac Regis Fran-
 ciæ Oratores Tridenti hæc agita-
 rent, illi Legati, quos ambo Princi-
 pes Romæ habebant, pariter Papam
 sollicitabant, quatenus Synodo præci-
 peret, ut argumenta fidei dogma con-
 cernentia discuti differretur, ac morum
 Reformationi incumbere, donec Fran-
 ciæ Præsules adventarent. Verum Pon-
 tificex, cum Synodum longius protrahi
 ægerrime ferret, ac Sessione, quæ ad
 diem duodecimam Novembris indicta
 erat, tandem celebrata Concilium ab-
 solvi